

ACADEMIÆ GIESSENÆ
RECTOR
TOTUSQUE PROFESSORUM ORDO
SINGVLIS LITERARVM STVDIOSIS

S. P. P.

Literaturæ politioris excultor non infimus Josephus Scaliger in Epistola de se fatetur: Quotidie ego post lectionem tot Scriptorum cum Socrate dicere cogor, me hoc tantum scire, quod nihil scio: Et tamē aliquid semper moliorus, si incitiam expugnare non queo, saltem illam inultam non sinam. Certē viri ad prodigium serē docti non erubescunt cum hora recurrere ad sapientia limitem percurrere: Plures enim defectus admittit quotidia nostrum sciendi artificium, quam sibi conquirere potest discendi studium; Es maximam partem imbibit memoria in spem futuræ oblivionis. Ad sapientiam & eruditionem pervenire posse multos, nisi jam se pervenisse putarent, iudicium est Seneca. Per somnium cogitant evolasse se ad fastigia, cum vix in primo limine consistant. Agricolis iucundior est aspectus spicarum inclinatarū quam sursum tendentium, has enim inanes, turgidas illas & gravis plenas inveniunt. Plerumq; juveniles animi solent in sole scere priusquam solidiorem doctrinam hausierint; aliam naturam induunt demissi & humiles, quibus ab ore Doctorum pendere summum est precium. De duobus Auditorib; quorum alter discendi animum adferebat, alter in studio erat remissior, Socrates dicebat: Vnum opus habere calcari, alterum freno. Franum correctionis injiciendum est illis, qui extra officii gyrum rapiuntur; Addenda calcaria, ut celeriori cursu ad studiorum metas incitentur ingenia: Non desunt in Academiis, suam exhibentes operam illis, qui in studiorum stadio currere contendunt ad eruditionis adyta. Invenies & in hoc Athenæo, qui in formandis ingenis suos offerunt labores. Quid verò omnium Facultatum Studiosi à Quolibet Ordinis Professorii polliceri sibi possint, exhibet hic Catalogus lectionū estivalis: Accipite, fructus colligite, ut ab hoc literarū emporio ditiores & studiorum proventib; auctiores discedatis. Valet. P. P. GIESSENÆ sub Sigillo Academiæ Majore XV. Martii Anno M. DC. LVII.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Petrus Haberhorn S. Th. D. & *Proff. Publ.* ad finem per Dei gratiam feliciter & fructuosè tam Lectionibus Publicis, quam Collegiis privatis hęc hyeme peractus, per ætatis futuræ decursum in Lectionibus publicis perget in enodatione controversiarum, quæ nobis cum *Calvinianis* intercedunt, in Collegio autem privato *Systema Theologicum* per *Thefin* & *Antihelm* cōtra quoscunq; Adversarios disputando nervosè tradet, & Responsiones calamo excipiendo potro dictabit, Disputationes *Anti-Enjedini* potro emittet, aliisq; contra *Jesuitas* Disputationes continuabit.

Johannes Nicolaus Meisner, S. Th. D. *Episcopi & Hebr. Ling. Prof. Ord. h. s. Pro-Rector* In Locotum comingnium diastone juxta methodum Inchoatam perget; Et quantum negotia Academica permiserint, Collegium privatum Theologicum, in quo publicè disarta ad disputandum ressumtetur, continuabit: Addito Collegio Hebraico, pro Auditorum placito.

David Christianus, Th. D. & P. Publicè perget in *Anti-Monachicis*, de monachaturis, Apostatas ire quæ lux, non quæ eundem. *Disputationes Anti-Jesuiticas* publicas continuabit, ut & *Motivorum*, quæ Apostatas persequuntur, refutationem potro instituet. *Privatum* Collegia contra *Pantificos* & *Calvinianos* aperiet.

IN FACULTATE JURIDICA.

Justus Sneli cognomento Cædici D. Collegium intra privatos parietes, omnibus tamen gratuitum, in quo Constitutiones Imperii, & quæ ad statum publicum pertinent, conferendo tradantur, aperiet & habebit.

Gregorius Thilmerus, U. J. D. *Consiliarius Hasso Darmstadinus* & *Professor Ordinarius*, potro semestee futurum justitiam, principaliū illorumque Legum Libri primi Codicis Justiniani explicationem; ut & Lectiones Juris Canonici, quantum per labores Decanatus licuerit, publicè continuabit.

Jacobus LeBlum, U. J. D. *ejusdemq; Professor Ordinarius*, in Lectionibus publicis Juridicis, nobilliores Pandectarum titulos explicabit, earumq; eursum, Deo volente, inter justum temporis spatium absolvet.

Martinus Müller U. J. D. & *Professor Ordinarius*, publicè continuabit Lectiones in Institutionis Justinianæ, & Jus Feudale; privatim Collegia aperiet, & Exercitia Academica, prout Dnm, Studiosis commodum visum fuerit, instituet.

IN FACULTATE MEDICA.

Johann. Daniel Hoffmann, Phil. & Medicina D. *Professor & Archiater Hasso Darmstadinus*, dum per negotia quàm plurima, quibus Clementissimi Serenissimi Principis jussu in aula detinetur, in Academia publicè profiteri nequit, operam suam nihilominus per consilia Medica Collegio Medico & Studiosis Medicinæ requisitus potro pollicetur.

Johannes Tackius, Phil. & Medicina D. *Archiater Hasso Darmstadinus* & *Medicina Practica Prof. Ordinarius*, per ætatem explicabit Lectionibus publicis morbos æstivales de quibus apud Hipp. sedt j. privatim v. pro Studiosorum placito se geret, atq; uti hætenus in laboribus Chymicis se sedulum pollicetur.

Georg. Balsasar Metzger Med. D. horis æstivis Auditores suos publicos in rem Botanica m Introducet. Idem privatam operam omnibus & singulis, quibus & ubi ulul esse poterit, offert & spondet.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Caspar Ebelius, *Professor Logica & Metaphysica Ord.* in publicis Lectionibus æstivis, Deo dante, regularum Logicarum explicationem continuabit & in calamum dictabit; Collegium Metaphysicum publicum absolvet, & privata, quæ Logica, quæ Metaphysica, addet.

M. Johannes Conradus Dieterici, *Historiarum & Græca Lingua Professor*, ex Breviatio historico ab se edito traditurus est potro *Monarchia*; quæz Imperatores. In Græcis è Novo Testamento phrasæologiam continuabit.

Jacobus LeBlum, U. J. D. *Civili Prudentia Professor Ordinarius*, & *Academiæ Syndicus*, in Lectionibus Politicis proponet selectiores quæstiones ex Tacito, easq; recentioribus & ad usum maxime facientibus exemplis illustrabit.

David Christianus, S. Th. D. & *Mathemat. P. Ord.* publicè per hoc Semestee æstivum Geographiam præleget *Privatum* Collegia *Astronomia*, *Geographica*, *Arithmetica*, *Astrologica* & *Fortificatoria* ad captum & votum Studiosorum aperiet.

Martinus Müller U. J. D. & *Moralium Professor Ordinarius* in Ethicis suam offert operam, & in primis hætenus Instituta Exercitia Ethico-Legalitæ prosequetur.

Johannes Tackius, Phil. & Med. D. *hujus m & Eloquentia Professor Ordinarius*, perget in tradendis & explicandis Oratoricæ præceptis; in primis Doctrinam de morendis tradet æstivis. Privatim verò eā, quæ cepit methodo, Curtium ad Eloquentiæ revocabit leges, atque uti hætenus, ita quoque in posterum publicis documentis Exercitia Curtiana illustrabit.

Georgius Balsasar Metzger D. *Physic. Professor Ordinarius* continuabit explicationem dissentium Veterum & modernorum Physicorum, camque hoc semestee cum Deo absolvet. *Privatum* Collegia, quæ ad captum & votum Dnm. Studiosorum erunt, desiderantibus aperiet.

M. Johannes Westph. Esch, *Prof. Extr.* absolutè hætenus parte Ethicæ generalis, ad specialem in publicis Lectionibus progredietur: *Privatum* Collegia tum lectionis, tum disputatoria Inchoaturus.